

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2522

**Auteur(s) :** Mathieu Laloée, recteur de Gonfreville [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1290, novembre

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Mathieu Laloée, recteur de l'église de Gonfreville, fait don à l'Hôtel-Dieu de Coutances d'une rente annuelle de neuf boisseaux de froment, trois pains d'un denier chacun et trois gelines à Gonfreville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXXI, p. 114-115.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Matheus Laloée, rector ecclesie de Gonfrevilla, pro salute anime mee, parentum, amicorum et antecessorum meorum, dedi et concessi, in puram et perpetuam elemosinam, priori, fratribus et pauperibus domus Dei Constanciensis, novem bussellos frumenti, tres panes quemlibet unius denarii et tres gallinas annui redditus, quem redditum ego dictus Matheus habebam et percipiebam annuatim, dictum frumentum ad festum Sancti Michaelis in monte Gargano, ad mensuram dicte ville de Gonfrevilla, panes et gallinas ad Natale Domini, per manum Radulfi Hubert, ratione unius pecie terre, quam ipse Radulfus de me tenebat per redditum supradictum, sitte in parrochia supradicta, inter terras dictorum les Vavassors ex uno lattere et terram Radulfi La Beste ex alio lattere, et butat ab uno capite ad manerium dictorum les Vavassors et ex alio capite ad cheminum per quod itur de Gonfrevilla apud Karentonum. Quem quidem redditum ego habui ex venditione Dyonisii Breton de Piris et Laurencie uxoris sue, prout in quadam carta, super hoc confecta et sigillis eorumdem cum sigillo curie Constanciensis siggillata, plenius continetur. Percipiendum, habendum et reddendum dictum redditum de cetero singulis annis ad terminos antedictos predictis priori, fratribus et pauperibus dicte domus et successoribus eorumdem, per manum dicti Radulfi Hubert et heredum suorum seu per manum cujuscumque tenentis de cetero terram supradictam, libere, pacifice et omnino quiete, sine reclamatione mei aut heredum meorum aliqua de cetero facienda, cum hommagio, justicia et omni alio jure que et quod ego habebam aut habere poteram in premissis. Et poterunt ibidem in predicta pecia terre predicti prior, fratres et pauperes et eorum successores seu attornatus eorumdem, quocienscumque neccesse fuerit, suam plenariam justiciam exercere pro redditu supradicto, sine contradictione alicujus, nisi sibi ad terminos antedictos libere et pacifice redderetur, salvo tamen jure domini capitalis. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° nonagesimo, mense Novembris.